Flebilem; sed mors nequirit repelli

Hacce caterva.  
Vicit ad tandem Pater usus ipse,  
Unico solus medio, quod esse,  
[CREDERE IN CHRISTUM] tenuit quiescit  
Corpore tutus.

Spiritus jam nunc animabus una  
Cum angelis sanctis sociis Beatus  
In polo æternum super elocato  
Hoste triumphat.

M. GEORGIUS Bernstein/  
ad D. Barthol. Verbi Minister.



Q Vi vestra Corda pungit, atque lancinat,  
Violentus, acer, Ossaque exedens Dolor,  
ILLUSTRIORA CORDA; Præcellissimo  
Dejecta MATER CONJUGE, atque FILII  
Orbi PARENTE, Tuque MATRIS CORCULUM  
Generosa GNATA, delicata Pupula  
Linquente terras has MARITO PRINCIPE,  
GENITORE dicente ultimum & vobis Vale:  
Is fida jure SUBDITORUM pectora  
Pungit simulque lancinat; quin & Meum  
Cor lancinat, pungitque, spe velocius  
Quando occidit PATRIÆ PATER, quo sospite  
PIETAS, HONESTAS, ÆQVITAS, PAX floruit  
Semper; Superfite tota quoque PATRIA  
SALUTE CERTA posse visa est perfrui.  
Quando occidit PATRIÆ PARENS, & nescio  
Quid fortè nos rerum timere, quid jubet  
Mundo relictos. Hei! POLI INCLEMENTIA  
Quæ nos fatigat? quæve FATA nos manent  
Dein? In DEO at NOSTRÆ SALUTIS unico  
SPES est repõsta: Ira est DEI placabilis:  
Huc ergò eat, MENS huc eat certâ fide  
AFFLICTA, opisque prorsus omnis indiga:  
OPEM DEUS referet ab ORIS COELICIS.  
Occiderit ergò PATRIÆ PATER, tamen  
Non occidit, qui PATRIÆ & PATRIÆ PATRIS  
PATER est. Adhuc sed vivit, atque vivere


C

Non



Non desinet, dum stabit Orbis machina,  
**PARENS JEHOVA.** Ergò **JEHOVA VINDICE**  
 Quis contremiscet? Ille **REBUS** afferet  
**LAPSI SALUTEM: ANIMOS**q; **MOESTOS** eriget,  
 Regetq; . Is est qui **PRINCIPIS PALATIA**  
 Afflixit, atque luctuosa reddidit:  
 Sedabit idem **OPTABILI SOLAMINE**  
 Luctus. Ita auguror Meis Tute annue  
 Vosis **PARENS JEHOVA**, simul & respice  
 Nos mitius miserabiles, & anxios:  
**ÆVI**q; **FLOSCULOS** tuere **PRINCIPES**  
**PROPAGINEM** Parentium **PRÆNOBILEM**;  
**CELISSIMAM MATREM**q; serua, & protege,  
 Populoque da superesse longo tempore.

**M. JOHANNES CREMERUS,**  
 verbi divini ad D. Nicolai  
 Minister. Senior.



I N  
**LAUDATISSIMI PRINCIPIS OBITUM.**

**S**ic finitus obit, qui multam vivere vitam  
 Dignus erat **PRINCEPS**: Morte peremptus obit!  
 Morte peremptus obit **PATRIÆ PATER OPTIMUS**, Illud  
**SOLAMEN** Populi, **DELITIÆ QUE** simul!  
 Qui meritis Patriam! implevit, qui laudibus Urbem,  
 Imo orbem: Insigni qui Bonitate fuit  
 In Populum: Clemens, Justus, Virtutibus illis  
 Plenus, quæ Magnum Principem ubique decent.  
 Quique laboravit, divinâ in Pace locaret  
**SERVE TAM** ut Nostram: Civibus utque salus  
 Constaret: Qui nunc opus hoc confecit ab annis  
 Multis, successu consilioque pio:  
 Quid multis dicam, quæ verbo dicere possum?  
 Egregium Patriæ Cui pia cura fuit:  
 Occidit ille. Decus nostræ & Tutela salutis  
 Occidit. Heu! **SORABI** quid nisi flere queunt?  
 Quod Fatum advenit? Quòd in exorabile Fatum  
 Infaustum Nobis constituitque diem?  
 Quo Caput Augustum, Cœloque Affine, locatum  
 In tumulo. Et Princeps conditus inter humum.  
**PRINCIPE** in hoc Nostro, mea Patria, Res Tua quantum  
 Perdidit? Heu! **SORABI** quid nisi flere queunt?  
 Spes superest. Animos vestrosque resumite Cives,  
**ILLUSTRIS** restat fida **COLUMNA** Domus.  
 Spes superest. **SUCCESSOR** adest. Nunc supplice Cœlum  
 Voce fatigandum est, Ad sit ut Ille diu.  
 Vixit in hoc mundo **PATER**, atque hos attigit annos,  
 Quos Natura dedit. Jam pia Fata vocant,  
 Ad superos abiit, fasces sceptrumque reliquit,  
 Quod capiat Divo digna **PROPAGO PATRE.**

Votum



Votum addo: Vigear, vivas CELSISSIMĒ PRINCEPS.  
In Te VITA PATRIS tota reposta jacet.  
Te penes Imperium est. In Te quoque Cura recumbet,  
Atque Salus Patriæ: Priscaque FAMA PATRUM.

Inter difficiles morbos  
scripsit.

M. G. CREMER, Gymn. Anhalt.  
Prof. Publ.

---

STEMMatis Ascanii præfulgens gloria Celsi  
JOHANNES Princeps munere, mente, Patre,  
Longinquum instituebat iter, visurus Avunculi  
Quos dites fundos hora suprema dabat.  
Cum morbo teneris infesto infantibus actus,  
Cui candor pueris proprius atque Viro  
Principe digna vigil prudentia juncta fuissent,  
Ad Regna ex Christi sanguine parta viam  
Instatit, à puero cui vixerat usque paratus.  
O bene mutatum! Lætus ita Ipse canit.  
O bene mutatum! Sic nos gratamur Eidem  
Principis ingenitus quos amor acer agit.  
Ast ô nos miseros! Nos deserit haud rediturus,  
In quo spes Patriæ rite locata fuit.  
Tu DEUS omnipotens nostræ anchora certa salutis,  
Prævalidâ nostris arte medere malis.  
DEFUNCTI SOBOLES Celsissima sit Tibi curæ:  
Serves & longâ posteritate bees.

F.

M. GOTHOFREDUS VALANDUS,  
Histor: & Eloqu: Prof: Publ:  
designatus.

---

Wahr ist es / das ein Mensch von dieser Welt muß scheiden  
Aus diesem Schmerzens-Thal hin zu des Himmels Freuden/  
Wornach ihn auch verlangt / dofern er lebens satt/  
Und seine müde Jahr mit Müh vollendet hatt /  
Doch aber / wen ein Mensch vor Jahren muß erbleichen/  
Und wird so unverhofft / zu einer blassen Leichen/  
Das bringt Verwunderung / doch muß man halten still/  
Dieweil des Himmels Rath es also haben wil /  
So ist / betrübtes J E X B E T / vorm Jahre auch gefallen/  
Dein Fürst / von dessen Fall noch unsre Herzen wallen/  
Dein Fürst / des Landes Freund / und dieses Hauses Seul/  
Dein Fürst / der Armen Schutz / Nothhelffer / Trost und Heil/  
Dein Fürst / der fromme Fürst / der ieder zeit die Stralen  
Seiner sehr grossen Gnad auff Uns hat lassen fallen /

E ij

Den



Den hat/ GOTT seyn geklagt/der Todt gerissen hin  
 Aus unsern Augen weg/ doch nicht aus unserm Sinn/  
 Ist diß nicht wunderns werth? Das unsers Landes Cronen  
 Der bitter Menschen-Fraß hat wollen nicht verschonen/  
 Ja freylich: Drum O Zerbst führ umb J H N grosses Leid  
 Laß hören nichts von dir/ als Klag und Traurigkeit.  
 Du Clotho, Atropos, galt bey euch keine Jugend  
 War dan nicht hinderlich euch seine Mittel-Jugend  
 Das ihr euch doch zuvor noch hettet was bedacht/  
 Eh' ihr den Fürsten hett so schleunig umbgebracht.  
 Nu solte dieser Fall Uns dan nicht Schrecken bringen  
 Solt iso nicht ein Schwert durch unsre Seele dringen/  
 Das der/der Unser Fürst und liebster Herr war.  
 Ist/ O des grossen Leids! Liegt auff der Todten-Baar.  
 Nun dan J H W ist sehr wol/ Er ist hinweg genommen  
 Aus dieser bösen Welt/ und wohnt nun bey den Frommen  
 In blauen Himms Saal/ da seine Stimme klingt/  
 Und mit der Engels-Schaar des höchsten Gütte singt.  
 Erhalt Uns nur/ O GOTT/ die Fürstin/wie nicht minder  
 Die Blumen unsrer Zeit/ die Edlen Fürsten-Kinder  
 Und laß S J E lange Jahr in guter Fried und Ruh  
 O Himmel gib gänstig dein gnädig J A darzu.

Seine unterthänigste Mitleidigkeit zu bezeugen  
setzet dieses

ZACHARIAS VECHNERUS,  
Diener am Wort Gottes bey der Kirchen zu  
S. Nicolai in Zerbst.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO,  
DN. JOHANNI,

Patri Patriæ, & Nutritio quondam meo  
Clementissimo, jam desideratissimo  
HÆ LACRUMÆ  
sunt sacræ.

**Æ** Ger ego calidis cum fontibus uterer, eheu!  
 Eheu! decessum subitum mihi nuncius affert  
 JOHANNIS, PATRIS PATRIÆ, quem non ita pridem  
 Lumina spectarant mea sat validam, & bene firmum.  
 Obstupui, steteruntque comæ, vox faucibus agra  
 Hæsit, & insolitus terror percursitat artus.  
 PROH DURUM FATUM, PROH LAMENTABILE FATUM!  
 Sæpius ingemuit mea mens concussa, rigabam  
 Unà cum costa tristi mea pectora fletu.  
 Mœrentes nimium SERVETAM tendimus, urbem  
 Quò magis attingo, major præcordia tangit  
 Mœror, & immensis ululatibus omnia cerno

Mixta,



Mixta, domos, templum, circumdata sirmate pullo.  
 Væ miseris nobis, SUMMI qui NUMINIS iram  
 Criminibus multis, proh! sic convertimus in nos!  
 Jam capiti nostro celebris detracta corona est,  
 PROH DURUM FATUM! PROH LAMENTABILE FATUM!  
 Non etenim est nobis ereptus fulmina spirans  
 PRINCEPS, sed facilis, quo non moderatior alter,  
 Non, qui non micam veræ pietatis habebat,  
 Sed qui spirabat pietatem pectore pleno:  
 Namque frequentabat semper sacraria templi,  
 Exemploque pio cunctis præluxit in aula,  
 Non qui frena dedit gulæ, Bacchoque litavit,  
 Sed qui virtutem, quæ fert moderamine nomen  
 A placido, coluit sanctè, prudentis acumen  
 Ingenii dederat cui summus RECTOR Olympi.  
 PROH DURUM FATUM! PROH LAMENTABILE FATUM!  
 Quando vehebatur curru Thesbita Propheta  
 Flammiferò ad cœlum, fidus successor Eliæ  
 MI PATER, EXCLAMAT, CURRUS, AURIGAQUE GENTIS  
 ISACIDÆ. Cur non ego verbis uterer hisce,  
 Quando PATREM PATRIÆ subito cœlestia regna  
 Exeipiunt, nobis lacrymosa in valle relictis?  
 MI PATER, EXCLAMO, CURRUS, AURIGAQUE FORTIS  
 GENTIS ANHALTINÆ. Nam vivus amore paterno  
 Nos omnes, fuimus quondam qui subdita turba;  
 Mactasti, (non falsa loquor) Tua dextra fovebat  
 Nos, Patriam justis sceptri moderamine, normâ,  
 Consiliisque bonis nullo non tempore rexti.  
 Quod si jussisset præ TE, Celsissime PRINCEPS,  
 Me Ter-sancta TRIAS scelerosum linquere mundum,  
 Promptus ego mortis stimulum perferre fuisset.  
 Nam quid ego prosum mundo? qui nocte dieque  
 Invalidus gravibus morbi cruciatibus uror,  
 Sæpius & noctes insomnes ducere cogor.  
 Ast aliter visum JOVÆ, qui singula nutu  
 Dirigit æterno, cujus sanctissima *vis*  
 Observanda venit nobis mortaliibus æquè.  
 Hoc Te, Sancta TRIAS, tensis ad sidera palmis,  
 Supplice voce rogo, nos mihi respice vultu  
 Et converte tuas justas in mitius iras.  
 Vive diu, regnaque diu, ILLUSTRISSIMA PRINCEPS  
 Vive QUADRIGA diu, precor, ILLUSTRISSIMA FRATRUM,  
 Vive diu, flore felix, CELSISSIMA NATA.

M. JOHANNES WERGER,  
 Ecclesiastes ad D. Barth.



**M**ultiplici ut cecidit Clarus Virtute JOHANNES,  
 Anhalti PRINCEPS, Ascaniæque Comes:  
 Heu cecidit nostri Capitis pretiosa corona!  
 Murus collapsus: fida columna jacet.

C3

Heu!



Heu! jacet hæc arbor, latam quæ præbuit umbram  
 Et patriam foliis texit ubique suis.  
 Ah patriæ cecidit Nutritor Sedulus: Alta  
 Lux, & dux populi, grata salusque sui:  
 Murus erat, Columen patriæ Pater, ac moderator,  
 Dulce Caput populi, Justitiæque decus.  
 Dignus erat PRINCEPS traheret qui Nestoris annos,  
 Lumina sed clausit sic statuente DEO.  
 Credidit in Christum, quem toto pectore amavit,  
 Et nunc cum Christo vivit in arce poli:  
 Jam capit æternæ dulcissima gaudia Vitæ,  
 Sincerâ coluit qui pietate DEUM:  
 Sedulus Auditor dilexit dogmata verbi,  
 Conspectu fruitur colloquioque DEI.  
 Cunctipotens Gnatos, Gnaram, cum Matre relicta,  
 Incolumes servet, Floreat aula diu.

Humilimæ devotionis & condolentiæ  
 contestandæ gratiâ apposuit.  
 JOHANNES BUCHIUS,  
 Servestæ ad D. Nicolai verbi divini Minister.



**P** Rincipis Ascaniæ deflemus fata sinistra,  
 Quem tristis Lachesis sustulit ante diem.  
 Sed juvat haud mœstis porro indulgere querelis,  
 Sic etenim nobis ipse respondet ovans:  
 Devici mundum & truculentæ spicula mortis  
 Nec satanæ quicquam me premit usque furor.  
 Morte cadunt omnes humano sanguine nati,  
 Ast ô quam miserâ & dispare morte cadunt.  
 Qui sua cum virtute absolvit stamina vitæ,  
 Non moritur, verum vivit is ante DEUM.  
 Ante DEI solium, labaro circumdatus albo,  
 Svavisonum & grato concinit ore melos.

Humilimæ devotionis & contestandæ  
 sympathias ergò fecit.

PETRUS BERTRAM.



**J** ohannes Princeps Ursi de Gente vetustâ,  
 Quò Te tam subito tristia fata trahunt?  
 Ad Superos, ubi lætus ovas. Cur pectora luctu  
 Turbantur? cum ibi sint gaudia mille Tibi.  
 Idcirco cessent fletus animique dolores!  
 Nil juvat exferrâ tundere corda manu.  
 Ægrotamus humi; nihilumve parumve valeamus,  
 Cœlesti in patriâ vivere, dulce lucrum.

Ἀναγρᾶμινα τσουδὸς κατὰ τείγωνον.

Johannes Princeps ab Anhalt. 1665.

Hem mei! Sedes mea in cœlis est 1663.

Hem!



Hem! Gaudete Mei, Iustus quos vexat acerbus,  
In caelis sedes est mea & alina quies.

Testando humillimo affectu lugens  
faciebat Servestæ

M. GOTTFRIDUS CLUS,  
Sereniss: Princip: ab  
Informat:

~~~~~  
Quid juvat aut atris prodire aut vestibus albis
Principis occasum sicque dolere modò?
Scindite Corda piè moti, quia Crimina nostra
Heu Decus & celsum surripuere Caput!
Dilectum patriæ Patrem lugete necatum
Morte cità, tanti funera flete Viri
Rusticus & civis; Seu quisquis tanta videbit
Fundite luctifonos pectore & ore modos:
Vota sed es memores cum luctu mittite vestro
Salva ut Posteritas sit maneatq; diu.
EIA DIU MANEAT NOBIS CELSISSIMA MATER!
EXTINGUINATOS NEC PATIARE DEUS!

Lugens pon.
GEORGIUS Mörhing/
Past. Lindav.

~~~~~  
Verè aliàs sæpe, imò verissimè dicitur:  
Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.  
Ast in nostra regione jam veritas ipsa ita loquitur:  
Quicquid delirat populus, Rex-plectitur insons.

Derowegen /

**E**zt möchte wohl ein Mann auf offnem Plaze treten/  
Und unser ganzes Land zur Busse und zum Beten  
Ermahnen ernstiglich/weil uns entnommen ist/  
Nicht Scipio, ach nein/ sondern ein frommer Fürst/  
Die Mauren unsrer Stadt / die Seule unsres Landes /  
Nun umbegefallen sind/ O weh / des Jammer-Standes!  
Ihr lieben Bürger ihr / ihr Bauren kompt heran/  
Und schauet diesen Riß mit nassen Augen an.  
Unser Undanck war groß/ der Undanck hats verdienet/  
Daß dieser Landes Baum da liegt und nicht mehr grünet/  
Bekennet doch die Schuld / ihr Glieder ins gemein/  
Daß von Uns Haupt und Cron nun muß getrennet seyn.  
Josias Frömmigkeit war weit und breit berühmet /  
Noch hat des Landes Schuld den Todt dahin erkühnet /  
Daß er so zeitiglich Ihn hat gerissen hin/  
Und dazumahl betrübt/ so manchen frommen Sinn.  
Drumb frage keiner mehr / warumb es doch geschehen /  
Daß unsrer Augen-Lust nun nicht mehr wird gesehen?

Daß



Daß dieses Affæ Herz/ welches rechtschaffen war /  
 Durch alzuzeiten Tod von Uns genommen gar.  
 Für Thränen und Wehmuth kan ich ist nicht mehr schreiben /  
 Gott lasse meinen Wundsch wahr seyn/ und wohl bekreiben ;  
 Auf daß die Fürstin fromm/ jung' Herrschafft und Fräulein/  
 Der Unterthanen Trost viel lange Jahr noch seyn.  
 In Bezeugung unterthäniges Mitleidens/  
 setzte dieses/ aus betrübtten Herzen auf  
 M. PETRUS LEO, Pharrer  
 zu Roslaw.

RELIGIONIS ATLAS NOSTRÆ dum sidera scandit  
 Ante diem, nobis causa doloris adest.  
 Nimirum furit atra DEI in nos desuper ira,  
 Hæc spoliat Patribus templa Scholasque suis.  
 Heu miseram nostri fortunam! heu fata dolenda,  
 Ponè secuturi symbola scæva mali!  
 Historiæ perhibent, & sacri Oracula Flatûs,  
 De nihilo quod non tanta ruina fiet.  
 Sic, ut si fierem centeni luminis hæres  
 Argus, & ut essem Byblide limpidior.  
 Vix mihi sufficerent threni, vix fonte perenni  
 Diffluerent oculi, ac effluerent lacrimæ.  
 Ut tecum Cineres JOHANNIS Principis æquo  
 Ex merito possẽm condecorare fatis,  
 ANHALDINA DOMUS. Quid enim? si Funera Tanti  
 Virtutum deflet sancta Quadriga Patrem:  
 Justitia & Pietas, Pax & Concordia; parvum est,  
 Si planctu ploro liberiore necem.  
 Præ lacrimis videar tanquam emulgere cerèbrum,  
 Pulmonesque ipsos egerere in gemitûs.  
 At frustra tantas lacrimas, gemitûsque ciemus,  
 Quem DEUS ad cœlum transtulit, ille manet.  
 Permanet ac stabit nullâ ratione movendus  
 Fati, posteritas & memor hujus erit.  
 Sic ergò Justi memori residebit in ævo  
 JOHANNIS nostri fama subinde canens:  
 Vivit Anhaltinus JOSIAS dogmate gaudens  
 Divino, falsi schismatis olor ovat.  
 Juxta Summarium concionis in memoriam B.  
 Principis ex Prov. 10, 7.  
 Fürst Johannes bleibt im Segen  
 Seiner reinen Lehre wegen.  
 Vivit Anhaltinus THEODOSIUS. Orbe relicto  
 Principis in natis vita renata Patris.

Ita enim Ambros. de Theodosio M. Tantis Imperator  
 recessit à nobis, sed non totus recessit. Reliquit enim  
 nobis liberos suos, in quibus eum debemus agnosce-  
 re, & in quibus eum cernimus & tenemus.

Ex manu humillimâ menteq; mœstissimâ  
 M. ULRICI VOLLMARI, Pastoris  
 Neo-Walterburgici.



ALIUD.

1.

**S**o ist/auff diesem Rund der Jammer-vollen Erden /  
Ist nichts beständiges / als nur der Unbestand.  
Weil noch der schwache Mensch hie lebt im Pilger-Sand /  
Muß er der Eitelkeit betrübtes Lust-Spiel werden /  
Und endlich wird vom Tod des Lebens-Faden ab-  
Gerissen und der Mensch wird Staub und fällt ins Grab.

2.

Der hohe Fürsten Stab/ die Welt-verehrte Kronen  
Bestehn in Unbestand : Und sünden sie auch da /  
( Was hoch erhöht ist/ ist auch dem Donner nah / )  
Wo in der höchsten Klufft die ädlen Adler wohnen :  
Kurz : Tod und Eitelkeit und toot ist aller Lohn /  
Diß bringt der eitle Mensch/ und sonst nichts davon.

3.

Diß ist/ was unser Mund besetzet und beklaget!  
Durch diese Todes-But ist Unser Haupt dahinn /  
Die Krone liegt zerstückt/ diß quälet unsern Sinn :  
Diß ist/ was unser Herz mit tieffem kummer naget  
Das kleind unsrer Pracht/ das uns so woll geziert /  
Ist uns/ Ach leider! ach! zum andern mahl entführt.

4.

Doch gut und woll/ was uns der Himmel nimt und giebet;  
Das ist der fäste Schluß : Gott nimt was ihm gefällt /  
Und eilet eilig weg aus dieser bösen Welt /  
Mit dem/ was er für uns und andern zärtlich liebet.  
Je früher auß der Welt / je eher Himmel an /  
So wird die Eitelkeit mit Freuden abgethan.

5.

Was besser? In der Welt/ in Last ohn Rust / regieren /  
Ein Fürst auff Erden und der Sorgen Slave seyn /  
Oder mit frohern Muth ohn aller Sorgen Pein  
Den Sieges-Zepter hoch im hohen Himmel führen?  
Das letzte wählen wir : Glück zu Du Himmels-Fürst /  
Weil Du im Himmels-Saal ohn Ende leben wirst.

\*\*\*  
\*\*\*  
\*\*\*

ΛΛΛΟ.

**H**eu dolor! heu lacrymæ! quanta est jactura JOANNIS  
PRINCIPIS ASCANIÆ facta, querela sonat;  
Namque in eo Pietas, sapientia, justitiæque  
Gloria ceu sedem fixerat ipsa suam,  
Hasque sequebantur, certatim ex ordine, plures  
Ternarum ut Charitum dulce pedissequium.

D

Tantis



Tantis pollebat noster virtutibus HEROS,  
Felix ut mereat dicier indè Ducum.  
Nec tantum felix, sed & optimus ob benè facta:  
De quibus est testis Curia, Tempia, Scholæ:  
Quæ sensit Civis, quæ Rus, quæ dives, inopsque,  
Unde Patris Patriæ nomen habere potest.  
Ergo, quis madidis non fleret PRINCIPIS hujus  
Jacturam lacrymis, nî lupus atque lapis?  
Nostra ubi, cum fletu, testata est Musa dolorem  
Optat, ut in Natis crescat imago Patris!

idque piè & humiliter *συντάχσας*  
Schola Anhaltino-Jeverana.

=====

APOSTROPHE ILLUSTRISSIMI DEFUNCTI AD  
ILLUSTRISSIMAM VIDUAM PROLEMq;  
Superstitem.

Quid costa Illustris mea? Quid generosa propago  
Luctifono fletu cor edere usque iuvat?  
Mitte meos mœstis cineres onerare querelis,  
Irrita quæ nequeas reddere, fata ferens.  
Est pietas lugere suos, metamque dolori  
Ponere, non minus hoc est pietatis opus.  
Mors mea mors non est, sed Christi morte redemptus,  
Peccatis prorsus mortuus, haud morior.  
Nam non vita fuit, quam mundi in climatè duxi,  
Vivere tum mihi erat mors, modò vita mihi.  
Gustant & gestant, lumen vitale videntes,  
Tædia longa solo, tædia longa falo.  
At mihi delicia, requies, æterna voluptas,  
Aurea pax, hîc sunt, gaudia, vita, salus.  
Mens nequit expleri certè, ardescitque tuendo,  
Felix qui tali sede locatus ago.  
Nec stirps denata est, en! vivo in prole Serenâ,  
Namque refert patrem vultu, animo atque fide.  
Sic mater, quam te natura creavit, idemque  
Quod mihi fata negant, munus utrumque gere:  
Munus utrumque gerens, placidi vice fungere patris,  
Sisque memor nostri, pignora blanda videns.  
Nuuc mea Costa vale generosa, vale inclyta proles,  
Ascaniæ germen vive, vigeque diu!

Humillimæ condolentiæ ergo  
adposuit

ANDREAS MARCMANNVS,  
Scholæ ad D. Johan: Servestanz  
R.

Lusci-



**L**usciniæ cantus viridi sub fronde suavis  
 Esse solet; si umbrâ in solstitio fruitur.  
 Turturis ast putridâ gemibunda sub arbore vox est,  
 Umbram cum sociâ falx si inopina rapit,  
 Sic solitus viridi cantare sub arbore dulcem  
 Cantum, cum Princeps, fronde tuâ tegerer.  
 Sed nimium in felix Julius, quo mortis amaræ,  
 Illustrem frondem falx peracuta tulit.  
 Hinc umbrâ demprâ cogor cum turture mœsto  
 Mœstum cum planctû carmen habere gemens.  
 Eheu! JOHANNES Illustri stemmate natus  
 Anhaltinorum, frons viridis cecidit.  
 Frons viridis Rutæ, multum fragrantis odoris  
 Virtutum in vitâ quæ dedit ipsa virens.  
 Eheu! plange Choriq̄ue, Foriq̄ue-Thoriq̄ue caterva,  
 Plangite vos aula, plangite recta scholæ:  
 Plangite lenta salix, pinus, humilesq̄; myricæ,  
 Anhaltinorum celsa cedrus cecidit. Zachar. 11. 2.  
 At gemo quid? sibi non cecidit, sed ad æthera vecta  
 Concipiens clari gaudia mille poli.  
 Ergò tuum, turtur, gemitum listas peracerbum  
 Arida nam hic Cedri frons, ibi celsa viret.  
 Insuper & cedrinas frondes relliquit in aula  
 Illustri, ramos tendere proficuos:  
 Proficuos Patriæ; illæsas quas atque virentes  
 Constanter serva, Tu DEUS Alme, precor.  
 Luscinia cantus quò nobis suavis ad auras,  
 Cum gemitu pulso turture, adusque sonet.

Humillimæ Condolentiæ ergò  
f.

CHRISTIANVS GERLOFF,  
Cantor Serv. ad D. Barth. &  
collega tertius Luth.  
Scholæ.

Ihr Durchl. letzte Rede

An

Die Umbstehende Herren/ 2c. 2c. 2c.

Was meine Seele früh und Spät/  
 Gar sehnlich oft gewünschet hat/  
 Wird reichlich Mir gegeben  
 Mit höchst- und unerschöpfster Lust/  
 Die keinem Menschen noch bewusst/  
 In jenem Freuden-Leben:

Da



Da seh Ich was vor Herrligkeit  
Den Aufferwehlten ist bereit/  
Durch Christi Blut und Leiden/  
So teur erkaufft/ hie laß Ich nu  
In Sicherheit und stolzer Ruh/  
Die Sonne mich bekleiden.

Nun seh Ich was des Feindes=List  
Die Frommen zuverleiten ist  
Was Welt und Sathan können/  
Wie nichtig aller Menschen Rath  
Und Arbeit die Sie früh und Spath/  
In Müh und Flucht beginnen.

Mir ist hergegen Ewig wohl/  
Ich lebe Fried- und Freuden voll  
Bin glücklich angelanget  
Ich liebe Gott / Er mich vielmehr/  
Darumb gar weit in ander Ehr/  
Ist meine Seele pranget!

Aus unterthänigster Pflicht und gehorsamb/  
Mitleidend setzet dieses

ELIAS Stürmer/ Quintus der Fürstl. Schulen.

Plangite languentes perterrita pectora palmae:  
Fundite nunc lacrymas lumina moesta pias:

Cor gemitu repleare novo: Te, lingua, disertam  
Lugubribus verbis nunc jubet esse dolor.

Occidit heu! Patriæ Pater idem munere juxta

Ac affectu, orbum destituitque gregem.

Delictis poenas mundi Deus arbiter æquat.

E poenâ, Urbs Sorabum, disce patrata tua.

Subductus subito, cujus cervicibus altis

Servandi populi rite sedebat onus.

Si secura mali pergas offendere Numen;

Ne tandem in barathrum præcipitere, cave.

At meliora Deus! Stirps ut Celsissima Functi

Sospes soletur patria damna, precor.

MICHAEL KISELBACH.

FINIS.



Xa 4531

4°

ULB Halle 3  
004 193 61X



Sb

VD 77

M.C.









EXTREMUM  
 HUMILITATIS MONUMENTUM,  
 PISSIM  
 SERENISSIM  
 AC  
 DN. JOH  
 PRINCIP  
 TINI, COMITIS ASC  
 SERVESTANI ET BER  
 ITEM ET C  
 DN, UT IN VITA  
 Ita post fat  
 Jussu ET C  
 semper just  
 IV. ABHINC NO  
 A. O. R. M  
 EX HAC MORT  
 INCREDIBILE SUBD  
 BUS, DESIDERIU  
 ex  
 Humilimæ συμπα  
 PARTIM OBSEQUII HO  
 PIIS ET DEVOTIS ILLUS  
 CULTORIBUS CO  
 SER  
 Literis JOA

